

(1264) 1265, març, 15

*Fra Guillem de Tamarit, comanador de la casa del Temple de Castelló, firma a l'abadessa de Sant Daniel una casa situada a Vilamalla.*

ASD núm. 191, perg. orig., 165 x 195 mm, carta partida. Còpia; ASD Llibre 21, núm. 124, pp. 123-124.

Sit notum cunctis quod nos frater Guilielmus de Tamarito, preceptor domus milicie Castilionis, consilio et uoluntate fratrum nostrorum concedimus, laudamus et firmamus uobis domine Berengarie, Dei gratia abbatisse Sancti Danielis et toto conuentui eiusdem loci domum illam et solum in quo sedet cum area que sibi adheret que est in uillario de Uilalmala, sicut melius et plenius et lacijs condam Maria de Petralata uel aliqui predecessores sui et uestri habuerunt, tenuerunt et possiderunt, a quibus uos locum habetis, ita uidelicet quod uos et successores uestri teneamini dare singulis annis in adiutorium census mansi siue domus milicie Templi Castilionis eiusdem laci unam migeriam tritici ad mensuram Castilionis uenalem et unum par gallinarum in festa Natalis Domini, et pro foriscapiis et laudimiis dabitis nostris successoribus .V. solidos malgorenses quandocumque contigat eligere abbatissam in uestro monasterio postquam electa fuerit confirmata, quos .V. solidos malgorenses teneamini mittere ad domum militie Castilionis qui tradantur comendatari uel locum eius tenenti. Et pro huiusmodi laudamento et concessione confiteor a uobis numerando recepisse .XX. solidos malgorenses de quibus fa tem ur a u obis esse paccatos atque solutos, excepcioni renunciando non numerate peccunie, et promitimus uobis et uestris omnia predicta facere habere et tenere in pace contra cunctas personas. Et ego predicta Berengaria abbatissa per nos et per omnes nostros promitimus uobis domino fratri Guilielmo de Tamarito preceptoris et conuentui uestro omnia attendere et complere sicut superius scriptum est.

Actum est hoc yudus marcii anno Domini .MCCLXIII.

Sig+num ffratris Guilielmi de Tamarito preceptoris domus militie Templi Castilionis, qui hac firmo et lauda, saluo iure nostro et successorum nostrorum in omnibus. Sig+num domine Berengarie, Dei gratia abbatisse Sancti Danielis, qui hoc firmo et lauda. Sig+num Ioannis Beguda de Bisulduno, sig+num Guilielmi, clerici de Uilalmala, sig+num Raimundi de Fontecooperto, sig+num Petri de Forchis, sig+num Berengarii de Forchis, huius rei testium.

Sig(s. man.) num Raimundi Todoni, ebdomedarii et scriptoris de Basilia, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 399-400